



The Holy See

PIUS PP. X

EPISTOLA

***PII PP. X LAUDIBUS PROSEQUENTIS EPISCOPOS
OCEANIAE OB CELEBRATUM AB EISDEM CONVENTUM****

DILECTO FILIO NOSTRO
PATRITIO FRANCISCO TIT. S. SUSANNAE S. R. E. PRESB. CARD. MORAN
ARCHIEPISCOPO SYDNEIENSIIUM
CETERISQUE VENERABILIBUS FRATRIBUS
ARCHIEPISCOPIIS ET EPISCOPIIS OCEANIAE - SYDNEIUM

Dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam benedictionem.

Habitu a vobis haud ita pridem conventum et consulta prudenter in eodem complura, non humane minus, quam grate communi epistola nunciastis. Equidem certe plenos vos divini spiritus, eosdemque officii apostolici diligentissimos in eiusmodi coetu impertiistis, ea maxima in re quum, non modo creditarum incremento ovium, sed eorum etiam, qui foris sunt, invitationi suavi dedistis operam. His quidem caritatem quae a Christo fortiter urget, demonstrare omnem curae fuit: pietatem vero commendare illis, et catholici nominis suadere omne genus opera studuistis. O utinam, quemadmodum pastorem in vobis sollicitudinem Nos laude prosequimur, sic efficacitate Dominus ditet! Id sane sperare bene iubet vestra in Immaculatam Virginem religio, cui uberius provehendae multum sane sollertiae in congressu impendistis. Virgo propterea Deipara consilii ac laboribus vestris propitia prece obsecundet, vobisque caelestes gratias conciliet, quarum auspiciem, Apostolicam benedictionem et vobis et gregibus vestris peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XX Decembris MDCCCIV, Pontificatus Nostri anno secundo.

*AAS, vol. XXXIX (1906), pp. 406-407.

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana